UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Schluß des Jahrs 1647. biß in den Monath Junium des Jahrs 1648. zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt ...

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90103157

N. I. II. III. Formalia der Hessen-Casselschen Postulatorum: Der Schwedischen und der Kayserlichen Erklärungen.

urn:nbn:de:hbz:466:1-52461

Visual Library

1648. Mart.

Kayſerlichen, ſich zu ſetzen, erſuchet wurden.

Schwediſche Erklärung in puncto Autonomiæ der Erb-Lande.

Um 4. Uhr verfügten ſich die Altenburgiſchen nebenſt den Weymariſchen, Braunſchweig-Zelliſchen, und Grubenhagiſchen, zu denen Schwediſchen Geſandten, und empfingen von ihnen eine ſchrifftliche Erklärung circa §. *Tandem omnes &c.* in puncto Autonomiæ, die Reſtitution der Evangeliſchen in den Kayſerlichen Erb-Landen betreffend, welche ſub N. II. allhie befindlich. Sie ſtelleten ihnen ſolche verſiegelt zu, mit dem Begehren, ſolche denen Kayſerlichen nicht eher auszuhändigen, biß ſie auch zugleich derſelben Erklärung in der Caſſelſchen Sache in die Hände erlangeten. Wenn aber die Kayſerlichen in ihrer Anweſenheit ſolche Erklärung eröffneten, und mit ihnen daraus communiciren wollten, könnten ſie es wohl leiden. Verlaſen ihnen gleichwohl copeylich, wie ſie ſolchen Punct eingerichtet. Von dannen verfügten ſich die Reichs-Ständiſche Geſandten alsbald zu denen Kayſerlichen, traffen den Herrn Graffen von Lamberg allein an, und kam Cran alsbald dahin. Sie ſchickten auch nach Vollmarn, der ſich aber mit Abfertigung der Poſt entſchuldigte. Selbige lieſſen demnach alsbald Licht langen, und verſiegelten die Erklärung in der Caſſelſchen Sache, verlaſen aber dieſelbe nicht, ſondern gaben ſie den gedachten Fürſtlichen alſo verſiegelt, nahmen hingegen diejenige Schrifft an, ſo die Schweden dieſen zugeſtellt hatten. Der Graff von Lamberg eröffnete zwar ſolche, verlaß ſie aber nur perfunctorie, und erwehnte davon nichts. Die Altenburgiſchen erſuchten anbey, daß die Conferenzien etwas früher hinführo angeſtellet werden möchten, weil die Zeit verflöſſe. Wogegen ſich die Kayſerliche erklärten, daß ſie es wol zufrieden wären, daß man des Morgens um 8. oder 7. Uhr zuſammen komme, es ſollte ihnen gelegen ſeyn. Von dar fuhren die Fürſtlichen Deputirten um 6. Uhr zu denen Schweden, und überlieſſerten ihnen ſolche Schrifft, die in der Anlage ſub N. III. befindlich iſt, welche ſie eröffneten, und verlaſen: Waren aber nicht zufrieden, daß die Kayſerlichen ſich nichts mehrers erkläret hätten, als vorhin, ja auch zur Heſſen-Caſſelſchen Satisfaction nur 400000. Thlr. offerirten, da ſie doch vorhin allbereit 600000. Thlr. verwilliget gehabt. Sagten, ſie wollten noch dieſen Abend zu denen Heſſen-Caſſelſchen ſchicken, und mit ihnen aus dem Werck reden, wie auch mit dem Frantzöſiſchen Reſidenten de la Court, damit die Conferenz noch Morgen continuiret werden könnte. Darum dann die Fürſtlichen bathen, und inſonderheit, daß die Zuſammenkunfft jedesmahl früher vorgehen möchte, dahin ſich die Kayſerlichen erkläret. Und waren ſie, die Schweden, damit auch zufrieden.

Der Kayſerlichen Geſandten Erklärung in der Caſſeliſchen Sache.

N. I.

Dictat. Oſnabr. die 16. Martii 1648.
ſub Direct. Altenburg.

Poſtulata Haſſiaca.

N. I. Heſſen-Caſſeliſche Poſtulata.

Primo, Illuſtriſſima Domus Haſſo-Caſſellana, omnesque ejus Princeps, maxime Domina Amelia Eliſabetha Haſſiæ Landgravia, ut & ejus filius Dominus Wilhelmus, illorumque Hæredes, Miniſtri, Officiales, Vaſalli, Subditi, Milites & alii quocunque modo illis addicti, nullo prorſus excepto, non obſtantibus contrariis Pactis, Proceſſibus, Præſcriptionibus, Declarationibus, Sententiis, Executionibus & Transactionibus, ſed illis omnibus, ut & actionibus & prætenſionibus, ratione damnorum & injuriarum, tam neutralium quam belligerantium, annullatis, non ſolum univerſalis Amniſtiæ ſupra ſancitæ & ad initium belli Bohemici cum plenaria reſtitutione reductæ, ſed etiam omnium aliorum beneficiorum hujus & Religioſæ Pacis cæterarumque Imperii Conſtitutionum, quæ reliquis, imprimis vero Auguſtanæ Confeſſioni addictis Statibus & Subditis competunt, pari cum iis Jure in Politicis &

1648. Mart. & Eccleſiaſticis absque ulla limitatione, maxime ratione Reformatæ Religionis, ejusque Exercitii publici plenarie participes ſunto. 1648. Mart.

Secundo, Domus Haſſo-Caſſellana, ejusque Succeſſores retineant Abbatiam Hirsfeldenſem, cum omnibus appertinentiis, ſive intra ſive extra territorium (ut Præpoſitura Gellingen) ſitis, Secularibus & Eccleſiaſticis, in perpetuum, & eo nomine à Cæſarea Majeſtate toties, quoties caſus evenerit, Inveſtituram petant & fidelitatem præſtent.

Tertio, Controverſia ſuper Succeſſione Marpurgenſi inter Domum Haſſo-Caſſellanam & Darmſtadinam, vigore hujus Pacificationis hoc modo deciſa & determinata eſt, ut Domus Haſſo-Darmſtadina ante omnia reſtituat Ditiones, Territoria & Jura patrimonialia Caſſellana, ad ſupradictam Succeſſionem non pertinentia, ſed fructuum, Intereſſe & expenſarum prætextu, durantibus hiſce motibus ablata, ut ſunt: Comitatus Inferior Cattimelibocenſis, una cum Vectigalibus, Mobilibus, Tormentis & omnibus aliis pertinentiis, pars Caſſellana Urbis & Præfecturæ Umbſtadienſis, Rens, Dynaſtia Schmalkaldenſis, junctis Vogtejis, Academia Marpurgenſis, nec non præcedentiæ, aliaque Jura, in quorum poſſeſſione antehac circa conceſſionem Officiorum Haſſiæ hæreditariorum feudorum Waldeccenſis, Godelsheimenſis & Grunebeccenſis, fuit Linea Haſſo-Caſſellana: deinde, ut dimidiam hæreditatis Marpurgenſis partem Lineæ Haſſo-Caſſellanæ, juxta Teſtamentum Domini Ludovici Senioris Haſſiæ-Landgravii, Anno 1604. in Judicio Auſtregarum per Sententiam adjudicatam, & ab illa usque ad Annum 1624. poſſeſſam, cum omnibus mobilibus, Urbariis, Regiſtris, libris cenſualibus & aliis pertinentiis reſtituat; Domus autem Caſſellana è contra non ſolum omnes fructus durante detentione Darmſtadina perceptos, intereſſe & expenſas; ſed etiam ulterius, non obſtante Teſtamento & Auſtregarum Sententia, quartam partem jam dictæ portionis Caſſellanæ electio relinquatur, in quibus Præfecturis modo dictam quartam aſſignare velit, & Linea Darmſtadina æs alienum ab illa contractum, una cum penſionibus aliisque oneribus ſola exſolvat. Debita autem hereditaria pro rata agnoſcat, nec Miniſtris aut Subditis, qui Domui Caſſellanæ jurârunt aut adhæſerunt, ullam moleſtiam inferat: nec liceat uni aut alteri partium huic Conventioni, ſub prætextu diſſenſus, Contradictionis, Proteſtationis, Reſervationis, Teſtamenti, Contraventionis, Sententiæ, Executionis, Transactionis aut Sanctionis pragmaticæ, damni, fructuum, actionis petitorii, aut quacunque alia ratione, contravenire aut alterius quicquam Juris ſibi in futurum arrogare, aut contra hanc irrevocabilem deciſionem ſive judicialiter, ſive extrajudicialiter in æternum movere, ſed illis omnibus vigore hujus Pacificationis, in quemcunque caſum ſublatis, utraque pars perpetua & quieta Dominii & Poſſeſſionis ſecuritate gaudeat.

Quarto, Pacta Confraternitatis & Unionis inter Domos Saxonicam, Brandenburgicam & Haſſiacam inita, ut & Pacta gentilitia Principatus Haſſiaci de Anno 1568. in Domini Philippi Senioris Haſſiæ Landgravii p. m. Teſtamento radicata, nec non Privilegium Primogenituræ Lineæ Haſſo-Caſſellanæ à Cæſarea Majeſtate antehac conceſſum, Item Pacta inter Dominam Landgraviam Tutorio nomine, & Domum Hanovicam, ſuper eventuali ſucceſſione in Comitatu Hanovico-Münzenbergenſi 26. Julii Anno 1643. conventa, vigore hujus Pacificationis, rata firmaque ſint, & à Cæſarea Majeſtate debita cum reverentia deſuper adeunda, cum Majorennitatis indultu confirmentur.

Quinto, Transactio inter pie defunctum Dominum Wilhelmum Haſſiæ Landgravium & Dominos Chriſtianum & VVolradum Comites VValdeciæ 11. Aprilis Anno 1635. facta, non minus vigore hujus Pacificationis pleniſſimum robur obtineat.

Sex.

1648. Mart. 1648. Mart.

Sexto, Jura Directi & Utilis Dominii in quatuor Præfecturas, Schaumburg, Bückenburg, Saxenhagen & Stadthagen, cum omnibus pertinentiis Epiſcopatui Mindano antehac aſſerta & adjudicata, impoſterum ad Dominum VVilhelmum modernum Haſſiæ-Landgravium, ejusque Succeſſores Haſſiæ Principes plenarie in perpetuum, citra ulteriorem dicti Epiſcopatus aut alterius cujusvis contradictionem aut turbationem, pertineant. Salvis tamen iis, quæ in Præfectura Schaumburgenſi, Duces Brunsvicenſes & Luneburgenſes Jura prætendere & evincere poterunt, & Transactio inter Dominam Landgraviam & Dominum Philippum Comitem Schaumburgenſem ſuper Comitatu Schaumburgenſi Monaſterii die --- Julii Anno 1647. inita, in ſuo vigore permanente.

Septimo, Conventum præterea eſt, ut Satisfactionis & Indemnitatis loco, pendantur Dominæ Landgraviæ Tutrici, ejusque Filio Domino VVilhelmo, ut & hujus Succeſſoribus Haſſiæ Principibus ex Epiſcopatibus Moguntinenſi, Colonienſi, Paderbornenſi, Monaſterienſi & Fuldenſi, octies centena Thalerorum Imperialium millia: Cautionis autem loco hypotheca conſtituatur in quatuor Oppidis Moguntinenſibus in Haſſia ſitis, in dimidia parte Comitatus Arensbergenſis, junctis Winterberg, Medebach & Halleberg, in Burda VVarburgenſi, cum diſtrictu adjacente, usque ad Beveram, in Præfectura Fuldenſi, Rockenſtuel; junctis communionibus Haſſiacis, & quidem cum Regalibus, ſuperioritate territoriali, omnimoda Jurisdictione & omnibus aliis Juribus & pertinentiis, his tamen ſequentibus conditionibus: 1) Ut poſſeſſio prædictarum terrarum ſtatim in Domum Caſſellanam transferatur, illaque reditus legitimo Intereſſe correſpondentes Jure Antichreſeos percipiat. 2) Ut reluitio intra quinquaginta Annos non habeat locum. 3) Ut non admittatur particularis ſolutio, ſed integra ſumma Caſſellis, tempore præfinito elapſo, ſolvatur. 4) Edantur Regiſtra, Libri cenſuales & Urbaria, eum in finem, ut ratio redituum & intereſſe iniri, & ſumma prædictis terris oppignoratis adæquata, inveniri poſſit. 5) Ut ſumma reſidua, cujus Intereſſe & Reditibus oppignoratarum terrarum haberi non poteſt, in parata pecunia ſtatim exſolvatur. Et quia Domui Haſſo-Caſſellanæ competit Jus reluendi Urbes Beverungen, Volckmarſſen, Montem Martis & Kugelberg, Archi-Epiſcopatui Colonienſi pignore obligatas, conſentit Domina Landgravia, ut illis reſtitutis, tantum ex reſidua pecunia detrahatur, quantum ſors hoc nomine mutuo accepta, conficit. 6) Militibus Haſſiacis eodem modo, quo Suecis, ſecundum proportionem ſatisfiat.

Octavo, His præſtitis, reſtituet Domina Landgravia omnes Provincias & Epiſcopatus, nec non illorum Urbes, Præfecturas, Oppida, Fortalitia & Propugnacula inter hæc bella ab illa occupata: Ita tamen, ut non ſolum omnia tormenta, arma, commeatus, annona, globi, munitiones ut vocant, pulvis tormentarius, & quæ præterea ad apparatum bellicum pertinent, per ſubditos evehenda, Dominæ Landgraviæ & ſupradictis Succeſſoribus permaneant, ſed ut etiam Fortificationes & Valla exſtructa deſtruantur, & Nobilitati, Communitatibus, reliquisque harum Provinciarum Subditis, conſcientiarum libertas & liberum Evangelicæ Religionis Exercitium relinquatur & concedatur.

N. II.

N. II. Schwediſche Erklärung über den §. Tandem omnes &c.

Schwediſche Erklärung *in puncto Autonomiæ* der Kayſerlichen Erb-Lande.

Quoniam Cæſarea Majeſtas antehac ex omnium Imperii Statuum ſuffra-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1648. Mart. fragio, illimitatam Amneſtiam, non modo pro Statibus ſed etiam Subditis conſenſerat: Ideo Sereniſſimi Reges Sueciæ Galliæque & Illuſtriſſima Domina Landgravia Haſſiæ, nequaquam ſperant aut admittere poſſunt, ut in præjudicium Officialium & Miniſtrorum ea reſtringatur, ſed ut etiam illa Inſtrumento Pacis inſeratur modo ſequenti: 1648. Mart.

Tandem omnes & ſinguli, tam bellici Officiales militesque, quam Conſiliarii & Miniſtri Togati, Civiles & Eccleſiaſtici, quocunque nomine aut conditione cenſentur, qui uni alterive Parti earundemve Fœderatis & Adhærentibus toga vel ſago militarunt, à ſummo ad infimum, ab infimo ad ſummum, absque ullo diſcrimine vel exceptione, cum Uxoribus, Liberis, Hæredibus, Succeſſoribus, Servitoribus, quoad perſonas & bona, in eum vitæ, famæ, honoris, conſcientiæ libertatis, Jurium ac Privilegiorum ſtatum, quo ante Annum 1618. gaviſi ſunt, aut jure gaudere potuerunt, utrinque reſtituti ſunto, nec eorum Perſonis aut Bonis ullum creator præjudicium, ullave actio vel accuſatio intentator, multo minus ulla pœna damnumve quocunque prætextu irrogator &c.

N. III.

Dictat. Osnabrug. d. 18. Martii. Anno 1648.

Der Kayſerlichen Erklärung in der Heſſen-Caſſelſchen Sache.

N. III. Kayſerliche Erklärung in der Heſſen-Caſſelſchen Sache.

Cum etiam Corona Sueciæ non minus ac Corona Galliæ cauſam Dominæ Landgraviæ Ameliæ Eliſabethæ de Haſſia, tanquam Tutricis filii ſui Domini Guilielmi Landgravii de Haſſia, tum quoad Succeſſionem Marpurgenſem tum etiam quoad prætenſam indemnitatem, in præſenti pacificationis Congreſſu amicabili compoſitione terminari deſideraverint, quantum jam dictam Succeſſionis Marpurgenſis controverſiam attinet, conventum eſt, ut omnes ditiones & terræ, quæ à Linea Caſſellana antehac poſſeſſa fuerunt, & ad Lineam Darmſtadinam vel ex re judicata, vel è Transactione pervenerunt, in tres dividantur partes, quarum duæ tertiæ Darmſtadinæ relinquantur, reliqua tertia Lineæ Caſſellanæ cedatur & tradatur, ita tamen, ut in duabus illis tertiis Lineæ Darmſtadinæ relinquendis contineatur oppidum, arx & Præfectura Marpurgenſis, Inferior Comitatus Cattimelibocenſis, Dynaſtia Epſtadienſis & pars Umbſtadii.

Secundo, Ut Academia Marpurgenſis in Dominio & adminiſtratione ſolius Lineæ Darmſtadienſis in perpetuum permaneat, diviſio quoque Voigtejarum, proventuum & bonorum Anno 1627. inter utramque partem facta, rata maneat, & Dominus Landgravius Georgius id, quod de Privilegiis Academicis promiſit, præſtet.

Tertio, Nec quicquam in Religione vel Statu Eccleſiaſtico in locis Lineæ Caſſellanæ ceſſis nunquam immutetur.

Quarto, Ut in reliquis Sententia Cæſarea Ao. 1627. in hac cauſa publicata, nec non Transactio Ao. 1627. inſecuta, à Cæſarea Majeſtate confirmata & alia Pacta Anno 1628. Caſſellis Juramentis roborata, inter utramque Domum, omnesque ejus Principes in perpetuum inviolabiliter ſerventur.

Quod vero ad poſtulatam indemnitatis præſtationem attinet, primo omnium

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1648. Mart. omnium retineat Domus Caſſellana Abbatiam Hirsfeldenſem cum appertinentiis Secularibus & Eccleſiaſticis, in perpetuum & donec controverſiæ Religionis compoſitione amicabili ſopiantur, ita tamen, ut eo nomine Inveſtituram, ſicut Prædeceſſores Abbates Hirsfeldenſes conſueverunt, à Cæſarea Majeſtate toties quoties caſus evenerit petere, cæteraque, quæ in Articulo V. de Bonis Eccleſiaſticis diſpoſita ſunt, obſervare teneantur. 2) Jus directi Dominii in Præfectura Schaumburg, Bückeburg, Saxenhagen & Stadthagen, quod Epiſcopatui Mindano antehac aſſertum, porro ad Domum Caſſellanam duntaxat pertineat, citra ulteriorem dicti Epiſcopatus contradictionem, exceptis tamen iis, quæ ex hiſce Præfecturis Ducibus Brunsvicenſibus vigore præcedentis Articuli X. competere dignoſcuntur. 3) Pendantur dictæ Dominæ Landgraviæ Tutorii nomine quadringenta Thalerorum Imperialium millia, exigenda ex quarteriis Menſe Julio Anno ſuperiore cis & ultra Rhenum poſſeſſis, intra Terminum præſenti Tractatu conveniendum. Et ut hoc certius terminari poſſit, omnesque futurarum litium occaſiones præſcindantur, teneatur edere deſignationem omnium contributionum ex ejusmodi quarteriis dicto tempore menſtruatim pendi ſolitarum. 1648. Mart.

Econtra Domina Landgravia ſtatim poſt concluſam & publicatam Pacem reſtituat Electoribus Moguntinenſi & Colonienſi, Abbati item Fuldenſi, tum & reliquis ſeu Statibus ſeu Ordinibus Imperii tam Mediatis quam Immediatis, reliquas omnes Provincias & Epiſcopatus, nec non illorum Urbes, Oppida, Præfecturas, fortalitia, propugnacula, hiſce bellis occupata, absque omni deſtructione, demolitione & exportatione annonæ, tormentorum bellicorum, aut reliquorum apparatus bellici, niſi in quantum hæc talia poſt occupationem aliunde invecta ſunt. Præterea confirmabit Imperator Confraternitatem & Unionem inter Domum Saxonicam, Brandenburgicam & Haſſiacam, eo modo, quo ab aliis Imperatoribus confirmatæ ſunt. Viciſſim teneatur Domina Landgravia, nomine quo ſupra, Sacræ Cæſareæ Majeſtati debitam præſtare obedientiam & fidelitatem, atque hac ratione tota Domus Haſſo-Caſſellana cum omnibus ſibi addictis, nullo prorſus excepto, fruantur Amniſtiæ beneficio, cum omnibus clauſulis ſupra Artic. II. & III. generaliter & ſpecialiter expreſſis.

Extraditum per Cæſareanos d. 26. Mart. ſt. n. Anno 1648.

§. II.

Der Kayſerlichen Geſandten Empfindlichkeit über ſolche der Schweden Erklärung.

Alleine, obſchon die Abrede genommen war, daß die Conferenz gleich des folgenden Tags continuirt werden ſollte; ſo ließ es jedoch Graff Oxenſtierna noch des Abends vorher, abſagen, weil die Schweden erſt ſich mit dem Frantzöſiſchen Reſidenten und den Caſſeliſchen Geſandten, eines gewiſſen Schluſſes vergleichen wollten. Den Kayſerlichen *Plenipotentiariis* war auch um deswillen nichts daran gelegen, weil ſie über der Schweden obgedachte Erklärung circa §. *Tandem omnes* überaus in Bewegung gebracht worden waren. Maſſen ſie, Freytags den 17ten Mart. den Chur-Brandenburgiſchen Geſandten Doctor Fromholden, nebſt den Sachſen-Altenburgiſchen und Braunſchweig-Celliſchen zu ſich kommen lieſſen, und ihnen durch den Legat Vollmar, folgende Propoſition thaten:

Propoſition der Kayſerlichen an die Evangeliſche Deputirten.

„Man erinnere ſich, was geſtern bey den „Schwediſchen Geſandten wegen der Heſ„ſen-Caſſeliſchen Satisfaction und der „*Proſcribi*rten aus Ihrer Kayſerlichen „Majeſtät Erb-Landen, vorgangen, und „daß die Schwediſchen die Erledigung der „Caſſeliſchen Satisfaction begehret, aber „ſie, die Kayſerlichen, zu wiſſen verlanget, „ob die Schwediſchen es bey dem Aufſatz „des §. *Tandem omnes &c.* bewenden